

Thomas Velocianus¹⁾ an Vadian.

(Wien. 1514. April bis October.)

Verwendung für Johann Stecher zur Erhaltung des Magistertitels.
Empfehlung des Bruders.

Domine vicecancellari dignissime et amicissime, ex animo flagito meas ultimas atque postremas ab onere scholastico exuvias: Ioannem Stecher sub te merentem ad magisterii titulum provehere velis, ne scandalum subire videatur. Hesternæ luce magna indagine te quæritans, venire^{a)} non potui. Quocirca illa te chartula alloqui saltem pro solita fide^{b)} sum ausus. Age igitur, desiderii mei sperati patronus et auxiliator esto. Vix credideris, quanta charitate hominem ipsum Ioannem Stecher diligam ob singularem et mihi gratissimam hominis fidem vel probitatem integerrimam, cuius genitorem nullatenus aliter quam meum amantissimum fratrem studiosissime colo vel amo. Quo fit, eo ardentiori affectu memorati adolescentis honores et incrementa desiderem. Fratrem quoque de Liliorum campo sub alis, quæso, suscipe. Crede mihi, veniet hora, qua nullatenus te pænitebit^{c)}, tales alumnos procreasse. Est quoque Lacijs in stipendio Agni, quem quoque tibi plurimum commendo. Sed iterum obsecro, meum futurum domesticum Ioannem Stecher præcipue fovere dignare. Scito certissime, post hæc iuvenilia studia continuo maioribus litteris me illum ipsum applicare nunc penitus velle. Perbelle et fortunate valet, mi Ioachime, æternum amande. Hæc tuus Thomas Velocianus. Ex ædibus^{d)} solitis.

Domino Ioachimo Vadian, vicecancellario Viennensis gymnasii, summe merenti, patrono et amico observando.

a) „veneri“. — b) „fida“. — c) „penitebit“. — d) „ædibus“.

1) Von *Thomas Velocianus (Resch)* ist nur dieser eine Brief vorhanden. Das „vice-cancellariatus“ scheint den Brief in das Jahr 1514 zu verweisen, und zwar in die Zeit vom April bis October unter der Voraussetzung, dass das Amt des Vicekanzlers in gleicher Weise halbjährlich gewechselt habe, wie das des Rectors; vrgl. I, Brief 28 u. 33.